

quilibet illorum, quod absit, curtim vel aliquam villam inde quocumque ingenio vel aliqua secularium legum calliditate abalienaverit vel hoc testamentum excellentiæ nostræ pervertere aut infringere attemptaverit, decem auri libras ad regiam item persolvat kameram, primitus reddito, quod abla[tu]m<sup>a)</sup> [fuerat]<sup>a)</sup>. Et ut praedictae traditionis et libertatis status et omnia praedicta statuta ea ratione, qua deo et sanctis eius destinata sunt, ab hac 5 [die et omni deinceps tempore in]<sup>a)</sup> Christo rata et inconvulsa permaneant, hanc cartam testamentariam praedicti comitis abbatisque rogatu inde conscribi manuque propria corroborantes sig[illi nostri impressione iussimus insigniri]<sup>a)</sup>.

:Signum domni Heinrici (M.) quarti imperatoris augusti invictissimi. : (S. spec.) (SJFR.)

:Brun cancellarius vice Adalberti archicancellarii recognovi. : 10

Data VIII. kal. iunii<sup>b)</sup> anno ab incarnatione domini M̄CXIII, indictione VI, anno domni Heinrici quarti imperatoris, imperii eius III, regni autem VIII; actum Mirseburg.

41.

*Kaiser Heinrich V. bestätigt dem Kloster Estival dessen Besitzungen. — Zeuge: Markgraf Hermann von Sachsen. Straßburg, 1114 März 18. 15*

*Gedr.: Hugo, Annal. Praemonstrat. 2, Probat. 539. Stumpf 3110.*

— — Hanc igitur privilegii paginam consilio et rogatu, simul et testimonio principum nostrorum Burcardi Monasteriensis episcopi, Cuononis Argentinensis episcopi, Herimanni marchionis de Saxonia, Godefridi palatini comitis, Amedei comitis de Burgundia, Lothariensium vero Riquivini Tullensis episcopi et Folmari comitis conscribi iussimus et 20 sigilli nostri impressione insigniri precepimus. Si quis vero, quod absit, hoc nostre autoritatis preceptum infringere presumpserit, auri libras decem et centum argenti, medietatem camere nostre et medietatem supra dicto monasterio persolvat.

Signum domini Henrici quarti Romanorum imperatoris invictissimi.

Bruno cancellarius recognovi. 25

Data XV. kal. aprilis, indictione VII, anno dominice incarnationis millesimo CXIII, regnante Henrico IV. Romanorum Augusto anno VIII, imperante III; actum est Strasburg; in Christo feliciter amen, amen, amen.

42.

*Kaiser Heinrich V. bestätigt der Abtei Moyen-Moutier deren Besitzungen. — Zeuge: Markgraf Hermann von Sachsen. Straßburg, 1114 März 18. 30*

*Hdschr.: Or. Perg. Kloster Moyen-Moutier.*

*Gedr.: Schöpflin, Alsatia diplomatica 1,191 (hiernach abgedruckt). Stumpf 3111.*

— — Hanc igitur privilegii paginam consilio et rogatu, simul et testimonio principum nostrorum Burchardi Monasteriensis episcopi, Chononis Argentinensis episcopi, 35

40. b) VIII kt iunii dunkler.